

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Oratio, omnes Eucharistiæ virtutes complectens, post Missam aut
Communionem breuiter vtiliterq[ue] ruminanda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

Iesu misericordissime, non habeo quo peccata mea redimam, nec quo penas quas debo propter delicta mea exoluam: sed charitatem tuam, meritamq; passionis tuae quae in hoc sacramento nobis tribuis, quæso pro me suscipe, & me ab omni culpa & pena liberum & innoxium redde. Quid aliud tibi offeram pie Iesu, nisi te metipsum? En te, qui plena es propitiatione pro peccatis nostris & satisfactio, pro me tibi trado, Amen.

Oratio omnes Eucharistie virtutes complectens, post Missam aut Communionem breuiter utilemque ruminanda.

Quomodo hac me gratia dignatus es Domine Deus meus, ut corporis & san-
guinis tui Sacramento cibares, ita me quoque huius Sacramenti operatio-
nibus atque virtutibus cunctis impleas quæso. Per omnia igitur vulnera
tua, & per dolores tuos te obsecro Iesu piissime, ut huius Sacramenti perceptio, a-
nimæ meæ vitam tribuat gratiæ, quæ vitalis ac diuinus motus exerceat, purificet
me à virtus & à peccatis, solum item atque peccandi libidinem minuat, robur atque
animi fortitudinem adiiciat, gratiam tuam mihi augeat & virtutes, destructa (de-
structor enim tu sum gratiæ & dilapidator) & perdita restaureret, tenebras cordis
mei illuminet, à peccatis præseruet, à temptationibus & diaboli machinationibus
defendat, adoptionis tuae seipsum mihi arram constituat, dulcedine gratiæ tuæ im-
pleat & consoletur, deuotione impinguet, charitate tua inflammeret, me tibi vniat,
spiritu exhilararet, & à penis furoris omnibus post hanc vitam, tutum securumq;
ac liberum te miserante me reddat, Amen.

Potes hic etiam precari pro tripli illuminatione, ex virtute huius Sacramentib; lar-
gienda, dicendo.

Deus æterne, amator & misericors, illumina cor meum ad cognoscendam
præ uitatem, vilitatem & ingratitudinem propriam, cum sancto odio & dis-
plicentia. Cognoscam piissime Iesu quam nihil sum & possum, & despiciam
meipsum. Cupiam ex animo ab omnibus despici, optem humiliari, gaudeamq; in-
jurias ac contumelias pati. Eia benignissime Iesu, infunde mihi veram cognitionem
meipius, contritionem & perfectissimam humilitatem. Iterum obsecro te per
viscera misericordia tuae Domine Deus meus, illumina cor meum ad cognoscen-
dam & diligendam bonitatem, pietatem, & charitatē tuam erga nos. Vulnera quæ-
so cor meum tui amore castissimo, fidelissimo atque feruentissimo. Reple cor
meum dulcis Iesu perfectissima, ardentissima, inextinguibilisq; charitate tua, ut ex
toto corde meo semper te sitiam, semper te diligam in omnibus & super omnia.
Clementissime Iesu, Deus meus & omnia, rogo te, illumina cor meum ad cognos-
cendum, amandum, perficiendumq; omne beneplacitum tuum. Da mihi meipius
perfectissimam abnegationem atque resignationem, ut meipsum omnimodi re-
linquam, examinam, mortificem, & resignem in omne beneplacitum tuum. Da mihi,
ut me totum tuae prouidentiae credam, de manu tua omnia cum gratiarum actione
accipiam, & in omnibus te laudem & benedicam. Fac piissime Deus ut omnem
vitam meam, omne tempus, omnes actus & vires corporis & animæ meæ, to-
rumq; id quod sum & possum, in laudem, in amorem, & in beneplacitum tuum
expendam, Amen.

q. 3

EXER-

